



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Quam peruerse profitea[n]tur q[ui]da[m] nome[n] religionis ca. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

DE MALE PROFITEN. RELIGIO.

rum & Ceterum quicquid erit, legant, reiciant, probent, contendant ve quæ dicimus (ut lubet): feremus æquo animo. Quod autem ad me attinet ita tēperabo sermonem, ut neminem prorsus offendat, sed potius ut deleat multos, & profit pluribus. Mel quidem portabit aculeus noster, non uenenum: pungetq; ut excitet, & iuuet, non ut execet, aut iugulet. Silete ergo & fauete animis beneuolæ nostræ curationi: nam si exclamaueritis, & impatientius agitabitur caput: non secus mouebor atq; medicus, qui intentus officio: non minus urit, aut secat, si lāgulus reclamitet, q̄ si taceat: aperiēdū siquidē est uulnus, & ex altis sinibus uirus, si quod latet, penitus emulgendum.

Quam peruerse profiteantur quidam nomen religionis. Cap. I.

**V**nde uero rectius ordiemur castigationem hanc nostram, q̄ ab illis, qui spiritualis militiæ stipēdiis, atq; honoribus aucti, labores respuunt, locum deserunt, mysteria ministeriaq; pariter dedignantur, male, atq; ualde iniquē ex alienis laboribus sua sibi cōmoda comparantes. Perspicuum esse potest iam plane omnibus: quo & luxuriæ, & omnium deliciarum lenocinia processerint: ex quo pleriq; in ecclesia male præsumunt, & peruerse proficiuntur: & postquam dignitates tribuuntur indignis: & spiritualis militiæ cōmoda impēduntur ignauibus. Et, n. habent hi cum militaribus ordinibus hæc fere omnia: licet etiam uidelicet, ferocitatem, apparatus, factum, scorta, asseclas, scurras, equos, accipitres, canes, seruos, mensas, coenas, concentus, suffitus, odores, & reliquas eiusmodi uitæ delicias: in quibus talium hominum totas ætates uideas esse contritas: Ceterum continenter uiuere, & pro sibi cōmissō populo (ut par est) excubare: sitim, famēq; pati: frigus, & æstus tolerare: lorica ferre iustitiæ: & contra principes, & potestates, & contra mundi rectores ten

nebrarum harum, atque contra spiritualia nequitiae ut docet  
 Apostolus, pugnare continentur: ac si nullo militiae mune  
 re, aut sacramento tenerentur obligati. Vah, uah iterum uo  
 bis, quae haec non agitis: & illis potimini. Non est mihi credite  
 militiae huius sacrae affluere delictis, & uoluptatibus idul  
 gere, sed belligerare cum uitiis, & cum diabolo, & mundo & Ephes. 6.  
 carne assiduo, & acri duello consistere: atque a propriis ca  
 uere peccatis, & sequestrare sese pro alienis offerre. Grauis si  
 ma sane persona sustinet quae religionem professus est, & sacris or  
 dinibus ascriptus, nam eum ex officio, quod sibi incumbit, &  
 sua, & aliena uicem primescere necesse est. Tu quidem nimis com  
 fides es, nimis inconsultus: si tibi persuadeas in tantis delictis,  
 & tanto ocio, sine tuo aliquo labore, posse de supposito mun  
 do agere triumphum in caelis: & quam tam molliter uiuas, ex his  
 corporeis uoluptatibus ad pennam illam, & gloriosam caeli  
 citatem perungere. Suscipienda quidem sunt bella, laboresque per  
 rudi ut liberati postea ab his in caelo perpetua pace perfrua  
 mur. Praeque uia est enim semper triumphus uictoria: sed ea ipsa com  
 stare non potest, nisi uiriliter laboriosaque prius pugna praer  
 cesserit. Affluere quidem delictis, hosti cedere est, non certare,  
 & tantis commodis, honoribusque, & immunitatibus clerica  
 lis militiae potiri immerito, latrocinari est plane magis, quam  
 Deo militare. Discite quae so quid contemptus ille res in  
 professione, sibi uelit, quid dispar corporis cultus a cae  
 teris, quid praelatio praecunetis ordinibus hominum,  
 quid denique tot tantorumque praediorum elargitum gra  
 tis peculium. Scilicet ut eumentis nomen religionis fa  
 ciat interim licentiosius quicquid lubet, nihil a ceteris  
 hominibus differens, nisi solum habitu, opibus, app  
 ellatione, licentia: Porro religio non solum debet per  
 uestitum, & nomen, sed magis per mores honestos, &  
 opera religiosa cognosci. Nam ut cum ethnico orato  
 re quaerat: quod esse turpius potest, quam sine procura  
 tione senator, legatus sine mandatis, atque ullo. R. P. mu  
 neret (adiiciamus his) & praelatus ecclesiae sine religione.

DE MALE PROFI. RELI.

Proh pudor, uereor dicere, tamen dicendum est, simulque dolendum, quum is sermo, is cultus corporis, ea denique uitae inconstantia sit multis istorum, qui sublimes gradus obsident, ut dubitare facilius possis christiani ne sint, an ethnici: qui dubitare si sint religiosi an laici. Hos si reperire uelis, in circo, in theatris, inter scorta, ganeonesque, tres perles. Horum si uultum inspicias, cachinnis, gesticulatio, ne, uoce, nutibusque; dissolui cernes, si habitum, scaenicam exercentium nihilo honestiorem: si comites, parasitis, leonibus, scurris, assentatoribus undique stipatos intueberis: si sermonem audias equos, mulas canes epulas meretriculas sonat, minasque; & bellum, & pugnas strepit, si totam denique uitam discutias, nihil olet aliud, quam tetrum nidorem luxuriae. Has oblationes, haec thura, hos odores, haec holocausta offerunt Deo suo. Licet uidere quosdam praenimia affluentia ita elatos, ut uix dignentur dici, aut haberi christiani cum caeteris, nedum Christi ministri: & ita omni prorsus religione exutos, ut parum differant a uita, & a natura brutorum, quae, quum careant intellectu, Deum cognoscere non possunt. De quibus optime praecinit regius propheta David. Homo quum in honore esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Etenim quicquid oculi est his, ab alea, a poculis, a uenationibus, a scortis, id totum ad inexplebilem auaritiam conuertunt: ut suae libidini, ambitioni, palato, & immoderatis sumptibus sensum abunde suppeditent, quo possint prouocare opibus Crassum, Lucillum coenis, Moeenatem deliciis, Apitium condimentis, cum Numa autem, siue Fabricio, aut Catonibus nullum certamen uolunt. Et hoc pacto illa opum affluentia, quae in uiduarum, pupillorum, senum, atque aliorum inopum necessitates olim fuerat comparata, nunc nefaris hominibus (nam bonos semper excipimus) non nisi luxum ambitum, incestus, criminumque caeterorum occasiones largius subministrat, uel

5. ad q.

Psal. 48.

alioqui in suos ipsorum tantum, aut propinquorum suorum  
 riuanos, atque superfluos sumptus consumitur: ut nihil iam ex  
 omnium seculorum memoria sit peius auditum. Potentia namque, & honores, & dignitates, & reliqua, quae auctoritatem parere bonis solent, his licentioris uitae fomitem parant: ut pro dignitate, dedecus: pro religione, impietas pro humilitate, insolentia: pro castitate denique libido succedat. Quod quidem in tantis diuitiis praeter nimiam largitionem, & immoderata prodigalitate haec ipsa copia eis saepe deficiunt: nunquam tamen inexaturabile abdomen cessat: nunquam in exhaustus libidinis, & omnium uoluptatum feruor extinguitur, nunquam in se reuertitur, ut filius ille prodigus, resipiscunt, nunquam abducuntur a suis pessimis institutis, & peruersa consuetudine. Quod facile factum foret eis, si tantum saperent corde, quantum sapiunt palato. Nam sapes, & iura gustant suauissime, & exorbent acutissime: sapientiae uero & laudis nullum habent gustum, quum sint stupore penitus cordis oppressi. Tenent ipsi quidem perbelle suorum genera, dulce, scilicet suauem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acutum, acerbum acidum, salsum, lenem, & si qui alii sint, quos forte aut ignorauit Apitius, aut Plinius suis propriis uocabulis nesciuit exprimere: at eorum quae ad gustum spirituales pertinet, quae ex officio potissimum, & ultra ceteros calere uel imprimis debent, nullum prorsus sensum retinent. Stomachantur hi quidem studiis diuinarum scripturarum: perhorrescunt, carnis macerationem, & ieiuniorum abstinentiam: orationis autem & meditationis usum, & castitatis propositum & cetera eiusmodi, quae piis, & uere religiosi hominibus praecunctis saporibus corporis, edulescere solent stupidi nihil penitus sentiunt, nec curant, perinde atque ad eos haec spiritualia nihil pertineant magis, quam olim ethnicis, aut quam modo falsis christianis.